

APPLAUSUS  
HONORI NUPTIARUM  
VIRI  
EXCELLENTISSIMI, CLARISSIMI,  
DOCTISSIMI,  
DOMINI

**M. PETRI JAE-  
NICHII**

*GYMNASII THORUN. RECTORIS  
OPTIME MERITI,*

ET  
VIRGINIS  
SEXUS SVI VIRTVTIBVS ORNATISSIMÆ

**CHRISTINÆ**

CIVIS QVONDAM APVD NOS HONORATISSIMI

**B. DN. JOHANNIS  
GRANDAU,**  
*RELICTAE FILIAE*

CONCINNATUS

LITERIS OPERANTIBUS  
d. II MAII ANNO M. DCCIX.

---

THORUNII



*Excellentissime Sponse,*

**N**on potuit in nostris pectoribus tam frigide excipi illa *Tua* felicitas, qua Virgo ex omni virtutum genere scitissima, quasi egregiorum in Palaestra literaria laborum pretium felici auspicio *Tibi* destinatur. Nimirum hoc unum erat necesse, ut clara *FAENICHIORUM* Domus, Parente suo optimo orbata, ut ut splendore proprio quam commendatissima, novistaedis instauraretur, & in spem novam coelo adspirante, denuo consurgeret. Poteris enim non meminisse acerbi illius luctus, quo ex aestumatissimi Parentis excessu immane quantum perculsus, ipse lacrymis dignissimum prosequeris, quamvis tamen ita, ut cum Pericle propter domesticum grave alioqui vulnus, publico nihil detractum testarere. Merito hinc solatia amplecteris, quae huic vulneri radices altius agenti subinde ex voto medentur, Virginem lectissimam aeterno nexu *Tuo* lateri adiungentia. Ut autem omni gratulatione maius est, eam, quae ob singulares virtutes ac summam morum concinnitatem elogium quodque supergressa, *Tibi* consortem esse selectam: ita votis apud coeleste Numen quaerimus, ut felicitatem hanc solidam, diuturnam quoque ac sine fine perennantem esse iubeat. Coeterum vive felix seculis, quae mereris: augeat supremus felicitatem quam occupas: augeat honores, quibus dignissimus es, atque tot aetati *Tuae* annos, tot Virtuti faustos successus addat, quot benevolentiae singularis symbolis *Te* nobis maxime commendasti.

Dabant Calend.  
Maii c1713ccix.

*Haec vota concipiunt  
devotissimi  
Supremae Curiae  
Auditores.*

**POST**



POST NUBILA PHOEBUS.

P	ræclare dictum : post	P	allida nubila	P	hoebus,		
O	ras O	bscuras sic	O	rtus fol	O	bit Orbis,	
S	uscitet ut	S	egetes, ut	S	ingula	S	emina Servet
T	riffitia	T	actis &	T	ædia,	T	urpia Tollat,
N	oxia fed	N	igrans si	N	otus	N	ubila, Nimbos
V	olvat, & hic	V	ivum fol	V	ellet	V	ertere Vultum,
B	acchantur	B	landomox	B	ellaque	B	arbara Bili
I	ndicunt luctus.	I	n	I	lustis	I	nvenis Illud;
L	ætantur, spargunt	L	ate sua gaudia	L	ate sua gaudia	L	æta, Læta,
A	st subito plorant,	A	gicantur luctibus	A	gicantur luctibus	A	htis. Ahtis.
P	ETRUS IAENICH, cui	P	ia	P	lebs	P	ræconia Præbet,
H	is dabit assensus.	H	ic	H	ic	H	omo tristior Hæsit.
O	ptimus	O	ccubuit pater,	O	dolor!	O	ccidit Orba
E	claus.	E	n plausus	E	jus mens	E	xprimit: Ecce
B	landæ	B	landitur :	B	ona sint,	B	enedicta, Beata,
V	estri	V	inclat hori;	V	os, opto,	V	igete, Valete,
S	emper felices, vos	S	ervet	S	erva	S	acratus. Sacratu.

*Sic grato animo accinebant*  
**CLASSIS** primæ Audi-  
 cores.

Terra



**T**erra reflorescit viridis nunc tempore verno,  
Et flores circum flumina fundit humus,  
Graminei florent campi, nunc prata triumphant,  
Et silvis redeunt arboribusque comæ.

Acris hyems perit cum nix liquefacta calore,  
Auras in tenues solvitur illa suas.

Quæ nobis rapuit violenter frigida bruma,  
Tempore jam verno reddidit illa DEUS.

Exultant homines & gestant gaudia fronte,  
Lætitiæ hilares angulus omnis habet.

Lætitiæ ast major gaudentiæ pectora cingit,  
Cum RECTOR celebrat sua via vincla Thori.

Quare grande caput fertis nunc cinge rotundis,  
Tædas sume tuas, ac, Hymenæe, veni.

Ut nova præsentî connubia numine firmes,  
Sponsos condecoret muneribusque bonis.

Virginitate fruens Viro pietate coruscat,  
Moribus exornat, virgineosque choros.

Adsint conjugibus charis connubia fausta,  
Principio mundi quæ Deus instituit,

Sponsa Sibyllinos annos attingat honesta,  
Sponsus Nestoreos saluus & incolumis.

Vivite concordés optato lumine pleni,  
De cælo celso quod Deus ipse dabit.

Et nullus morbus viventia corpora turbet,  
Sit semper vobis, hic & ubique benè.

Annis dotati, cælestia scandite tandem  
Tecta poli, Tædas impleat alma quies.

Excellentissimo Domino Rectori  
gratulabundi de properabant

Secundæ Classis Auditores.